Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ator autem unius non est. Unius partis. inter deum et homines medi
fuit. Deus autem unus est. Hoc ideo addidit ne quis putaret xpm ab uni
tate diuine nature penitus esse diuisum. quia mediatoris suscepit
Lex ergo aduersus promissa dei. Absit. / set officium. xiiii
Si enim data esset lex que posset uiuificare. uere ex lege esset
iusticia. Sicut ad romanos ait. Quod inpossibile erat legi in quo
infirmabatur. scilicet quia a nemine seruabatur. Sed conclusit
scriptura omnia sub peccato. Adueniente xpo qui sub lege mo
ysi erant conclusi sunt sub peccato. si ultra in legis obseruatione
permanere uoluerint. quia maledicti qui umbre legis deseru
erint ueritate presente. Item ostendit quomodo non potuit inueniri
qui omnia legis impleret precepta. Ut promissio ex fide ihu xpi
daretur credentibus. Ut necesse esset sola fide saluari credentes.
Prius autem quam ueniret fides. Priusquam ueniret cum crederemus.
Sub lege custodiebamur. conclusi in eam fidem que reuelanda
erat. Seruabamur a lege huic fidei que erat suo tempore reuelan
da. Itaque lex pedagogus noster fuit in xpo ut ex fide iustificemur.
Ad disciplinam nos artius retentans perfectam. doctrinam uero
magis seruabat. At ubi uenit fides. iam non sumus sub pedago
go. Perfecte etatis discipuli. non indigent pedagogo. Omnes filii
dei estis. per fidem que est in xpo ihu. Aequaliter et iudei et gentes
Quicumque enim in xpo xv / per sola fidem qua credidistis xpo;
baptizati estis. xpm induistis. filium dei induti. et tot mem
bra eius effecti. filii dei sitis necesse est. Ut quid ergo uobis lex que ser
uis et peccatoribus data est quibus omnia per baptismum peccata
remissa sunt. Non est iudeus. neque grecus. non est seruus. neque liber.
non est masculus neque femina. omnes enim uos unum estis in xpo.
Ante enim non solum inter iudeum et grecum. sed etiam inter tribum et tribum
xvi Si autem omnes uos unum estis / erat magna diuersitas.
in xpo ihu. ergo abrahe semen estis. secundum promissionem heredes.
Si omnes unum corpus effecti estis xpi. abrahe semen estis. et
ueri heredes. non ex carnali semine sed ex diuina promissione
generati;